

facit actum, qui reparari non possit ubi cognoverit illum esse talem, qui iudici ecclesiastico remitti debeat, juxta cap. Si iudex laicus, de sent. excommuni. lib. 6. At percussus eum, quem scit, vel scire debet esse Clericum, incidit ipso facto in excommunicationem; & tamen si limitatio Concilii habere locum in privilegio Canonis, pena excommunicationis, etiam si Clericus in habitu, & tonsura aperte incidens percussus esset, non censetur irrogata, nisi idem beneficium obtineret, vel Ecclesiam ut supra inferviret: quod latere facile potest percussentem, & interim injuriam percusso illatam non auferit ultrò Canonica. Cum igitur urgentes rationes adfint, cur privilegium fori limitari debeat, privilegium canonis minimè non est recedendum à verbis, & mente verisimili ipsius Concilii vulg. 1. Non aliter ff. de legat. 3.

74 Nec movere debet, quòd facilius privilegium Canonis de jure amittitur, quàm fori privilegium, cap. Perpendimus, cum ibi notat, de sentent. excomm. Quia ex hoc ipso dici potest particulariter providendum fuisse circa privilegium fori, & quòd privilegium Canonis satis provi sum anteà fuisse. Nec est omnittendum communiter Doctores in d. cap. Perpendimus, ex eo moveri, quòd in textu ibi, & in d. cap. Cum non ab homine, fit mentio solum de privilegio Canonis; unde inferunt non censeri idem dispositum de privilegio fori.

Considerandum etiam de jure communi in multis casibus Clericos supponi foro laicali, ut in casu reconventionis, & aliis consimilibus, in quibus non gaudent privilegio fori, ut scripsi in cap. proximo. 3. infra eodem, & tamen gaudent privilegio Canonis. Ex quo apparet ad privationem privilegii fori non sequi alterius privilegii privationem; & quidquid esset de jure communi, cum in lege nova specialiter disponatur de uno privilegio ad aliud non est faciendū illatio, præsertim in conclusionibus, seu limitationibus penatibus, cap. Pena, de penit. dist. 1. cum concord. de quibus ibi per gloss. in ver. Non excedam.

75 Rursus Clerici hoc casu, quo supponuntur foro seculari, non videntur eximi omninò à foro spirituali, sed solummodò tunc non gaudent illo privilegio; unde hinc licet tantummodò inferre, ut ipsi privilegio exemptionis allegare nequeant ad declinandam iudicis secularis jurisdictionem. Sed non licet inferre quin Episcopus non præventus possit illos iudicare, si pro clericis adhuc publicè se gerant; jam enim S. Congregatio consultans Decretum Concilii cap. 6. vers. si etiam, sess. 23. obliet Episcopo, quominus jure suo animadvertere possit in delinquentem, qui alioquin ex eodem Decreto fori privilegio non gaudeat: respondit Clericos in minoribus Ordinibus constitutos, nisi beneficium ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deserventes Ecclesiam deserant, vel in Seminario, aut aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi versentur juxta cap. 6. sess. 23. forum iudicis laici declinare non posse, non tamen idem Decretum obitare Episcopo quominus jure suo in huiusmodi clericos delinquentes, si clerici adhuc permanent, possit animadvertere.

Neque obstat, quòd aliàs Concilium eluderetur: Episcopus enim hanc jurisdictionem sibi semper vindicare, & sic per indirectum huiusmodi clerici gaudent fori privilegio; & quod in causa Maceraten, decisum fuerit clericum, qui non incedebat in habitu, & tonsura comprehensum, & detentum in carceribus Curie secularis non fore remittendum ad Episcopum, qui tamquam suum Clericum reperebat: nam responderetur eo casu inter iudicem ecclesiasticum, & secularem esse locum præventioni, quem admodum postea resolvit Sac. Congregatio. Atque ita salvatur decisio Maceraten, ubi reus reperebatur in carcere, eratque præventa executio in personam, juxta decisionem Rotæ 3. de sent. excommuni. in nov. salvatur jurisdictione Episcopi, qui ob culpam Clerici dimittentis habitum non amittit omninò jus in eum; Reipublicæ magis consulitur, quia minus periculum est, ut delicta remaneant impunita; & fraus in fraudulenti caput retorquetur: neque enim tamquam laicus evitabit iudicem ecclesiasticum, neque ut Clericus iudicem laicum; nec dispositio Concilii contradicit, quia emanavit in odium dimittentis habitum, non autem in odium Episcopi; & verba diriguntur ad ipsum Clericum, ut non gaudeat privilegio fori, non ad iudicem ecclesiasticum ut illum habeat tamquam exemptum, & alienum à sua jurisdictione, neque mens, neque verba Concilii violantur. Ex quibus patet eò rationabilius Concilium ademisse Clericis tantummodò privilegium fori, quòd eo sublato nullum præiudicium inferat jurisdictioni ecclesie præventionis, & in eo militant rationes, que nullatenus considerari possunt in privilegio Canonis. Demùm hanc sententiam olim probavit eadem S. Congregatio: nam proposito dubio, an clerici, qui Decreto Concilii cap. 6. sess. 23. privilegio fori privantur, intelligantur etiam privati privilegio Canonis: Die 16. Octobris 1782. S. Congregatio censuit non intelligi privatos.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Nullus.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex secularis si clericum per se distringat, aut condemnat, excommunicari debet.
- 2 Clerici res spirituales sunt, & ante omnem humanam constitutionem exempti à jurisdictione Imperatoris. & num. 4.
- 3 Clericus in quatuor casibus hic expressus, & in aliis pluribus coram iudice seculari conveniri potest.
- 5 Minores, seu juniores Ecclesie dici possunt. & n. 16. & seqq.
- 6 Argumentum à contrario sensu quamvis fortissimum in jure, tamen aliquando vacat. & num. seqq.
- 7 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 8 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.

9 Papa

- 9 Papa an possit generaliter concedere ut iudex laicus clericum distringat, vel condemnat.
- 10 Iudex laicus non prohibetur ex delegatione Episcopi cognoscere causas Clericorum vere civiles.
- 11 Iudices laici, qui clericos coercent, aut iudicant, dicuntur Ecclesie Dei iniuriam irrogare.
- 12 Excommunicatus potest iteràm excommunicari. & num. seqq.
- 13 Iudex laicus, qui sine personalis distractione clericum condemnat, non est excommunicatus, licet excommunicari debeat.
- 14 Hodie secus ex Bulla Cæna.
- 15 Excommunicatus non debet absolvi, nisi prius de iniuria satisfaciatur.
- 16 Fori privilegium quam persona præter clericos gaudere debeant, latissimè differtur usque in finem.
- 17 Servi Ecclesiarum sunt de foro Ecclesie.
- 18 Si per totam Ecclesiam servitio sunt adstricti, secus conductivi.
- 19 Diaconi servitici quot in singulis Ecclesiis deputari possunt, & quibus privilegia suavit ex Decreto infu Gregor. XV. hac de re edito.
- 20 Familiæ clericorum an gaudeant privilegio fori. & num. seqq.
- 21 Familia appellatione qui continentur.
- 22 Familiaris perpetuus habet privilegium perpetuum sicut Dominus, temporalis autem non nisi durante familiaritate.
- 23 Familia Episcopi exempta est à seculari jurisdictione.
- 24 Intellectus cap. fin. de offic. Archid.
- 25 Concubina clericus an ipsius clericorum fortiorum. & num. se usque ad n. 33.
- 26 Concubina clericus dicitur committere sacrilegium.
- 27 Sacrilegij crimen est mixti fori.
- 28 Statuta laicorum penales contra concubinas clericorum an valeant. & num. 32.
- 29 Intellectus cap. Eos. 32. distincti.
- 30 Forum privilegiati fortiorum non privilegiatum in causa individua.
- 31 Iudex laicus infuendo processum contra mulierem super delicto commissio cum tali clerico incidit in excommunicationem Bulla Cæna.
- 32 Vxor clericus an gaudeat privilegio fori. & n. seqq. usque ad num. 46.
- 33 Quis in uxore clericus in sacris Ordinibus constitutus, num. 37.
- 34 Quid in uxore clericus minorum Ordinum. nu. 39. Et quid in causis civilibus. ibidem, & n. 40. Et quid in criminalibus. n. 41.
- 35 Vxor coruscant radis maritorum, & ex eorum persona foram sortiuntur. & n. 42.
- 36 Contingunt non repugnant substantie Ordinis sacri, & prohibito inducta ex constitutione Ecclesie.
- 37 Fori privilegium concessum est Clerico propter characterem, qui extra personam non egreditur. & num. 41.
- 38 Vxor Sacerdotum in Ecclesia Orientali gaudent privilegio fori etiam in civilibus.
- 39 Vxor potest clericus alere ex fructibus beneficij.
- 40 Vxor clericorum maioribus privilegijs potiuntur, quam uxores laicorum.
- 41 Privilegium competens uxori ex persona viri exprimit eo mortuo.
- 42 Canonis privilegium non extenditur ad uxores clericorum, nec ad alias personas non Ecclesie.

Prosp. Fagn. in 2. Decretal. l. om. 3.

- 43 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 44 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 45 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 46 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 47 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 48 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 49 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 50 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 51 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 52 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 53 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 54 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 55 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 56 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 57 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 58 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 59 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 60 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 61 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 62 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 63 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 64 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 65 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 66 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 67 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 68 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 69 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 70 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 71 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 72 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 73 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 74 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 75 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 76 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 77 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 78 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 79 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 80 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 81 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 82 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 83 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 84 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 85 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 86 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 87 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 88 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 89 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 90 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 91 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 92 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 93 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 94 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 95 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 96 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 97 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 98 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 99 Iudex laicus non potest clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 100 Iudex ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi distringat clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.

E 2

73 Tem.

- 73 Temporum Ordo distinctus à Clemente V. in Concilio Vienensi.
- 74 Penitentes disciplinati, & consimiles au sunt exempti à jurisdictione seculari.
- 75 Iesuatorum status fuit approbatus à Martino V. & hodie profitentur regulam S. Augustini, & gaudent privilegio mendicantium.

NULLUS. Judex secularis si clericum per se distringit, aut condemnat, excommunicari debet. Hoc dicit: & duo facit. Primum prohibet. Secundum adjicit penam: ibi, Quod si.

Nota primum ex textu regulam universalem negativam, videlicet, Nullum judicem secularem posse clericum personaliter distringere, aut condemnare, unde completitur hæc regula Judices, & Magistratus omnes, ac Principes etiam supremos, cap. Si Imperator, 96. distincti. & arg. eorum, qua notat Archid: in cap. Nemo, in prim. de elec. lib. 6. & hodie est expressum in Bulla Cœnz, ut patebit infra, num. 14. Clerici enim res spirituales sunt, ex quo ex toto corpus, & animam deputaverunt, & dederunt se in servitium Domini de Rota decis. 10. de consuet. in antiq. Fallit primum hæc regula in causa feudali, cap. Ceterum, supra de judic. cap. Verum, & cap. Ex transmissa, infra eodem. Secundum in causa civili reconventionis, cap. Cuius in agendo, 3. quest. 8. & notatur in cap. 1. & 2. infra, de mut. petir. Tertio in clerico incorrigibili, ut in cap. Cùm non ab homine, supra de judic. Quarto cùm invocat Episcopus brachii secularis auxilium, ut hic: & hos quatuor casus hic ponunt Hostiensis, num. 2. Joann. Andr. num. 7. & plerique alii: complures alios casus recenset idem Hostiensis, in summ. de sent. excommunic. §. Quis possit excommunicare, sub §. Super illa autem cavone. Alios ponit gloss. in cap. fin. in ver. De jure, de except. lib. 6. Et casus octodecim, in quibus judex secularis potest manus in personas clericorum injicere sine metu excommunicationis, enumerat Bernardus Laurentus in tractatu hæc de re edito inter tractat. comm. tom. 14. pag. 406. Et casum unum, & viginti, in quibus judex laicus potest procedere contra personas ecclesiasticas in causis criminalibus, & triginta tres in causis civilibus late prosequitur Stephanus Auzier. in suo tract. de potest. seculari. super sent. Eccles. in 1. & 2. reg. eodem tom. 14. pag. 391. & seqq. Triginta duas limitationes ad eandem regulam ponit Marianus Socin. in cap. proxim. à num. 2. usque in fin. supra eod. Et sexaginta septem cumulat Moderni in tract. de effect. clericat. effect. du primo à num. 68. usque ad num. 1257. Inter quas omnium frequentissima est quæ habetur ex jure novissimo Concilii Tridentini cap. 6. sess. 23. & plenè scripsi supra in cap. proxim. à num. 19. usque ad finem num. 72.

Secundum nota ibi, Clericum nullum, etiam clerici-

cum primam tonsuram initiatum gaudere fori privilegio, prout ex hac littera colligit Hostiensis, Joann. Andr. ambo in prim. & Butr. num. 5. vers. Per litteram, Dec. in cap. Ecclesia S. Marie, num. 2. 1. & 2. de Constir. Franc. March. decis. 17. §. num. 1. lib. 1. Covarr. tract. quest. cap. 32. num. 1. ubi restatur haec opinio esse commune, & late comprobatur Alex. d. conf. 8. num. 1. lib. 1. ubi pluribus respondit, clericos etiam primam tonsuram ante omnem humanam Constitutionem esse exemptos à jurisdictione Imperatoris: concordat text. in cap. 2. 1. 1. quest. 1. ubi dicitur: Clericum cujuslibet Ordinis absque Pontificis sui permisso nullus præsumat ad secularem judicem atterere, & in cap. Cùm non ab homine, supra de judic. ibi, in quocunque Ordine constitutus, juncto cap. Cùm contingat, de arat. & qualib. Hodie hoc est expressum in præallegat. Decret. Concilii Tridentini, cap. 6. sess. 23. Unde Episcopus post collatam tonsuram dicit clericus ordinatus (Hodie de foro Ecclesie factus es, & privilegia clericalia sortitus es) ut in Pontificali Romano in rit. de Cleric. facien. & scripsi plenius in prædicta Decret. Cùm contingat, n. 128.

Tertio nota ibi, minores Ecclesie, præter clericos extare alias personas illis minores, quæ fori privilegio gaudent, Petr. de Anchar. in 1. not. ab. exemplificat hanc litteram in clericis primam tonsuræ, sed non benè quia tales jam erant comprehensi in verbis universalibus immediate præcedentibus ibi, Clericum nullum; nam clericorum appellacione certum est venire etiam clericos primam tonsuram initiatos, ut cap. Clero, 2. 1. dist. & cap. Duo sunt, 12. quest. 1. & notat gloss. in Clem. 2. in ver. Clericus, de vita, & honos. cleric. Unde qui veniant appellacione minorum de quibus loquitur hæc littera, latissime dicam infra in 1. quest. an. 16.

Quarto nota ibi, sine permisso Pontificis: juncta gloss. 3. aliquando vacare argumentum à contrario sensu: nam ex eo quod sine permisso Episcopi judex laicus non possit clericum coercere, & judicare, ut hic dicitur, non licet arguere: Ergo id potest Episcopo permittere. Certum est namque judicem secularem non posse clericum judicare etiam ex delegatione Episcopi, ut cap. Significasti, cùm ibi not. infra & hic notant gloss. præalleg. Hostiensis, num. 1. in ver. Pontificis, & Joann. Andr. num. 3. in eodem ver. Nisi in certis casibus, ut notatur in cap. Ut sane, §. Laici, de sent. excommunic. & in cap. Cùm non ab homine, de judic. Unde Innoc. & Host. ambo in ver. Sine permisso Episcopi, suppleunt adverbium maxime: & quamvis argumentum à contrario sensu sit fortissimum in jure, ut l. 1. §. Nisi rei, ff. de offic. ejus, cui mandata est jurisdictio: tamen non procedit in hoc speciali casu, quia hujus argumenti contrarium reperitur in jure statutum, nempe in dict. cap. Significasti: & est simile in cap. Quos constituit, 1. quest. 11. cum suis concordantiis: & quod notatur in cap. Si quis à simonia, in ult. glo. eadem causa & questione, & declarat Joann. Andr. in cap. Publicatio, num. 18. supra de elec. Qui tamen primus intellectus locum habet si exponamus litteram ibi, nullus judicem, id est secularium, prout exponit gloss. 1. & Abb. Antiq. in prim. Verum si exponamus eadem verba, nullus iudicem, id est secularium, vel etiam eccle-

si clericos coerceret, aut judicant, Ecclesie Dei injuria irrogare: Injuria enim Clericorum ad Christum pertinet, cujus legatione fun-

Ecclesiasticorum extraneorum, juxta secundam expositionem Innocentii, & Hostiensis; argumentum à contrario sensu non vacat respectu ecclesiasticorum; quia in illos potest prorogari jurisdictio de Episcopi consensu, ut patet in prædicta Decretali, significasti. Sed Episcopo non consentiente judex ecclesiasticus Clericos alienos judicare non potest, cap. Scripsimus, 6. quest. 3. cap. 3. infra de Paroch. & 9. quest. 3. per totam: & juxta hunc secundum intellectum etiam judex ecclesiasticus distringens, aut condemnans Clericos jurisdictionis alterius, est excommunicatus, vel ipso facto si personaliter distringit, vel debet excommunicari si simpliciter condemnat. Quod est singulariter, & notatur dignum secundum Marianum Socin, num. 6. vers. Ex quo singulariter nota: & Felin. in prim. Vel tertio ut salvetur argumentum à contrario sensu, & verba illa, sine permisso Pontificis, non sunt supervacua, exponi potest verbum, Pontificis, id est Papæ, qui solus potest concedere, ut judex laicus Clericum distringat, vel condemnet, cap. Memam, 2. q. 5. cap. Cùm devotissimam, 12. q. 2. etiam generaliter, ut notatur in cap. Contingit, supra de arbit. & hic tenet Hostiensis, num. 1. in ver. Pontificis, Joann. Andr. num. 3. in eodem ver. & Butr. num. 7. Quod tamen intelligit ut declarat Cardinalis in cap. Perpendimus, in 7. opposit. de sent. excommunic. ubi probat Summum Pontificem non posse tollere Clericorum exemptionem à seculari potestate quoad omnes Clericos, & quoad omnes causas in universum, licet possit quoad aliquos Clericos, & quoad aliquas causas: & hinc puto fuisse mentem Hostiensis, & Joann. Andr. dum dixerunt Papam id posse generaliter, id est, concedendo ex causa sui Principi laico potestatem judicandi de Clericis certis loci, vel territorii. Quam declarationem Cardinalis sequuntur, & ut supra, interpretantur Felin. in cap. 2. col. 1. de maior. & obed. Stephan. Auzier. in Clem. 1. de offic. Ordin. seu in tract. de potest. seculari super person. Ecclesiastic. in 1. reg. num. 1. in 1. fall. & Covarr. tract. quest. ion. cap. 3. num. 4. late moderni de effect. Cleric. effect. 1. num. 19. & seqq. Vel quarto salvando idem argumentum intelligi illa verba, sine permisso Pontificis, respectu minorum, seu juniorum Ecclesie, qui Clerici non sunt: hi enim possunt judicem secularem adire de Episcopi consensu, secundum Joann. Andr. num. 4. in ver. Condemnare, & Butr. num. 7. Quod ego intelligo si verbum, minores accipiatur pro servientibus Ecclesie; scilicet si pro Monachis, quia tales etiam de consensu Superiorum privilegii Ordinis renunciare non possunt, aut alterius judicis jurisdictionem prorogare, ut scripsi latissime in cap. Quod super his, de maior. & obed. Vel denique intelligi verbum, condemnare, in causa mere civili, quam judex laicus non prohibetur cognoscere, ac diffinire ex delegatione Episcopi, secundum ea, quæ notantur in cap. Bene quidem, 96. distin. & in cap. Decernimus, supra ritual. prox. & hic tradunt Joann. Andr. num. 6. in gloss. hic vacat. & Butr. num. 7. in fin.

Quinto nota ibi, Injuriam. Judices seculares, qui Clericos coerceret, aut judicant, Ecclesie Dei injuria irrogare: Injuria enim Clericorum ad Christum pertinet, cujus legatione fun-

guntur, cap. Accusatio, il primo, in fin. 2. quest. 6. Joann. Andr. hic num. 5. Inola in primo not. ab. Abb. Marianus Socin. & Alex. de Nave omnes in 2. not. ab.

Sexto nota ibi, sequestratus sit, excommunicatum posse iterum excommunicari, secundum Abb. num. 3. nam judex laicus Clericum distringens est ipso jure excommunicatus, cap. Si quis suadente, 17. quest. 4. & tamen hic jubetur excommunicari: hoc enim important illa verba, à communione Ecclesie sequestratus sit, que non sunt late sententia, sed ferenda, secundum gloss. fin. & est communis intellectus Joann. Andr.

DD. in summa hujus textus. Sed certe ut advertit Marianus Socin. dictum Abbatem non probatur hic; quia verba illa, sequestratus sit, licet respectu judicis personaliter distringentis importent excommunicationem ipso jure; tamen seclusus est respectu condemnantis, qui non est ipso jure excommunicatus, sed excommunicandus, nisi in casu cap. Quotiam, de immunitat. Eccles. lib. 6. Nec est novum in jure, aut inconveniens ut unum, & idem verbum ad diversa relatione ratione diversæ subjectæ materiae diversimodè capiatur, ut est gloss. notab. in cap. Capitulum sanctæ Crucis, in ver. Relaxato, supra de refer. & gloss. fin. in cap. Si Papa, de privit. lib. 6. cixi in cap. Revertentes, infra de stat. Monachorum, dictum tamen Abb. est in ver. ut patet in cap. Engeltirada, 3. quest. 4. ubi hoc tenet plena gloss. in ver. Anathemate, & similis gloss. in cap. Ita quorundam, in ver. Crebra, & solennis, infra de iudic. Quid autem operetur secunda excommunicatio, & quos habeat effectus, declarat gloss. præallegata. Verum hodie subacta est hæc differentia inter distringentes personaliter, & condemnantes per sententiam: utroque enim casu judices seculares procedentes contra personas ecclesiasticas excommunicantur in Bulla, quæ in die Cœnz Domini legi consuevit, ut patet in Bulla Gregorii XIII. Consueverunt, in Bulla rom. 2. pag. 464. & in Bulla Pauli V. Raptoribus, tom. 1. pag. 251. Idque tam in causis civilibus, quam criminalibus: nam in civilibus §. XV. fertur excommunicatio in hæc verba (Quive ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque personas ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quarumcumque eorum fe ad suum tribunal, audientiam, cancellariam, consilium, vel Parlamentum præter juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directè, vel indirectè quovis qualitate colore) Hoc caput paucis immutatis habetur etiam in Bulla Pauli III. Consueverunt, §. 11. in Bullar. tom. 1. pag. 630. sed non legitur in Bullis precedentibus Urbani V. & Julii III. quæ habentur eodem tomo, pag. 219. & 441. In criminalibus verò fertur excommunicatio his verbis (Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscunque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas ecclesiasticas illas procellando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo sine speciali, specifica, & expressa hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, quique ejus-

modi

allegaret consuetudinem esse, ut omnes d' ditione Senonen. convenirent prius coram se, quam coram Officiali Archiepiscopi; tamen ab hac regula exceptio fiat causas Archiepiscopi, & familiarum suarum; & aequa ita textus fundat se super consuetudine respectu jurisdictionis dumtaxat, quam Archidiaconus præscripserat: sed non fundat se super consuetudine in exceptione familiarium Archiepiscopi; qui conveniebatur coram illius Officiali; qui potius admittit eos remanisse sub jurisdictione Archiepiscopi ex juris communis dispositione, cum contra eos nihil præscripseret Archidiaconus, ut cap. *Cum olim*, de præscript. unde à communione opinionum non est recedendum. De familiaribus Papæ, & Cardinalium dicitur in scriptis in cap. *Ex parte*, si secundo, n. 2. usque in fin. infra de privi.

25 Quæritur fori Clericorum fortitudo clericorum in concubina ut innuitur in cap. *hos*, 23. dist. ubi indulgetur licentia Principibus secularibus ut nisi clerici se correxerint, illorum concubinas in incipiant servituti, ubi glossa tenet uxorem non legitimam, seu concubinam Sacerdotis esse de foro Ecclesie, quia est de illius familia, tum quia delinquit in persona Ecclesie, & ratione delicti censetur quis de foro alterius, cap. *Placuit*, 6. quest. 3. Idem tenent ibi Archid. & Gemin. præterea in concubina clericus in sacris constituitur, prout loquitur ille textus: & sequuntur Abb. in cap. 2. de cohabitacione Clericorum, & Mulier. & in cap. *Cum sit generale*, infra eod. Roman. in singulari, 665. num. 2. in ver. *Concubina*, Joan. de Plat. in l. 1. c. de Mulier, & in quo

26 *hinc*, lib. 10. Alii vero dicunt concubinam Clerici committere sacrilegium, cap. *Qui Christo*, & cap. *Virginitas*, 27. quest. 1. & notat Hostiens. in Summ. de cohabit. Cler. & Mulier. §. *Quam penam*. Henr. Boich. & Abb. in cap. 2. eod. tit.

27 & idem Abb. in cap. *De clericorum de vit. & honest. clericor.* Crimen autem sacrilegii est mixti fori: unde contra concubinas Clericorum potest procedere tam Judex Ecclesiasticus, ut cap. *Quinquas*, 17. quest. 4. & cap. *Cum sit generale*, infra eod. quæritur quæm Judex secularis; & ita in crimine sacrilegii concludunt omnes, ut testatur Mantica

28 conf. 266. num. 8. Unde Petr. de Anchar. in cap. *Ex qua*, in vigesima quarta quest. de reg. jur. lib. 6. & in cons. suo 197. vers. *Super secundo dubio*, firmat Principem seculari posse facere statuta pœnaliter contra prædictas concubinas Clericorum manifestas, & notorias: nec tunc secundum eum honestas Ecclesie maculatur, sed potius defensatur, & sacri Canones melius custodiuntur; licet contra occultas putet non posse judicem laicum ex officio procedere, ne detegat crimen clericorum. Ad hoc quod ait Constantinus in cap. *In scripturis*, 96. dist. & opinionem Ancharani sequuntur Joan. de Anan. in rubr. de adulter. colubr. Felin. in d. c. *Cum sit generale*, num. 14. infra eod. Eamque dicit fovere maximam equitatem Stephan. Aufr. in tractat. de potest. secular. super person. eccles. in 2. reg. num. 34. in fin. inter Tract. comm. tom. 1. 4. pag. 336. Itaque contra concubinas Clericorum, cum crimen hoc sit commune inter judicem ecclesiasticum, & secularem, erit locus præventioni, prout concludit Marian. Socin. in cap. *Proxim.*, n. 2. 1. vers. *Et prædi-*

ta, supra eod. & in d. c. *Cum sit generale*. Felin. & Aufr. loc. citato.

29 Conclude veritatem. Aut quaeritur quis Judex possit procedere contra concubinas pro crimine commissum cum persona ipsius Clerici; & potest procedere solus Judex ecclesiasticus; & in hoc casu intelligi textum in d. c. *hos*, 32. dist. Tribuit enim facultatem Principibus laicis exercendi concubinas pro ipso delicto concubinae cum Clericis perpetrato ubi Clerici sunt incorrigibiles: & hoc intendit glossa. dum dicit, Non legitimam propterea clericis forum sortiri, quia delinquit in persona Ecclesie. Et ita procedat prima opinio Archid. & sequacium. Ratio est, quia cum causa concubinae sit individua inter concubinam, & Clericum, non potest contra ipsam intitui processus, quin tangatur persona ipsius Clerici, quæ exempta est à seculari potestate. Unde ratione individuitatis causa concubinae forum Clerici sortitur, quia si non privilegatus in materia individua concurrat cum privilegiato, illius privilegio utitur. Si communem, ff. *Quæ in modum servituti amittitur*, & c. Per rurs. de acquir. quam regulam constituit glossa in cap. *unic.* in ver. *Ecclesiasticus*, de jurepatr. lib. 6. & pluribus confirmant Alexand. conf. 122. num. 16. & seq. lib. 4. & Jas. in l. *Si emancipati*, a. num. 5. c. de collat. Unde cum causa est communis inter clericum & laicum, propter adjunctionem clericus debet coram ecclesiastico, ut decidit Bart. in l. *Præcipimus*, §. *eodem observando*, num. 2. per illum textum, c. de appellat. & in l. *Solet*, ad fin. ff. de adm. legat. & in d. l. *Si communem*, sequitur Petr. de Anchar. in cap. *Romana*, num. 7. de appellat. lib. 6. Alex. ubi supra, & Jas. in d. l. *Si emancipati*, a. num. 5. c. de collat.

30 Unde cum causa est communis inter clericum & laicum, propter adjunctionem clericus debet coram ecclesiastico, ut decidit Bart. in l. *Præcipimus*, §. *eodem observando*, num. 2. per illum textum, c. de appellat. & in l. *Solet*, ad fin. ff. de adm. legat. & in d. l. *Si communem*, sequitur Petr. de Anchar. in cap. *Romana*, num. 7. de appellat. lib. 6. Alex. ubi supra, & Jas. in d. l. *Si emancipati*, a. num. 5. c. de collat.

31 Quomobrem si Judex secularis institueret processum contra mulierem in causa fornicationis cum Clerico perpetrata individuando personam ipsius Clerici, eo ipso incidere in excommunicationem, que in Bulla Cœnæ fertur in iudices, qui se interponunt in causis criminalibus contra personas ecclesiasticas eas processando, ut dicitur in supra numer. 14.

32 Et ex his valde dubito de doctrina Ancharani in d. cons. 197. nam cum concubinae clericorum pro delictis eum eis commissis non sortiantur forum seculare, ut ostensum est supra, consequenter nec ligantur iuratus illius fori; quia forum sortiri, & iuratus ligari à pari procedunt cap. *fin. de cons. lib. 6.* Archid. in cap. *Quæ contra*, num. 9. 8. dist. Specul. in tit. de cons. §. 1. Butr. in Rubr. de consuetud. num. 7. & Decius in cap. *Decernimus*, num. 97. de iudic. Præterquam quod cederet in ignominiam, & infamiam Ordinis Clericalis, ut in Edictis, & Legibus publicis Principum secularium notaretur, licet obiter, & per indirectum, crimina clericorum arg. c. *In scripturis*, 96. dist.

33 Aut quaeritur quis sit Judex competens contra concubinas Clericorum in delictis per eas commissis cum laicis, vel in causis civilibus ipsarum, & hoc casu delicta non sunt ecclesiastica, vel mixti fori secundum ea, quæ notantur in c. *Cum sit generale*, infra eod. solus Judex laicus est competens: Non enim hoc casu concubinae gaudent privilegio fori; quia non debent ex eorum delicto commodum reportare, ut finaliter concludit Marian. Socin. supra in cap. *Proxim.*, n. 2. 1. in

in fin. Unde nec relevat, quod sint de familia Clerici, ut dicit glossa in d. c. *hos*, quoniam hæc familiaritas prodesse non debet cum sit turpis, & à jure damnata, c. 1. & per tot. infra de cohabit. Cleric. & Mulier. Illud est indubitatum, videlicet contra concubinas etiam laicorum non obstante præventione judicis secularis solum Episcopum posse procedere ad penam excommunicationis ex decreto Concilii Tridentini cap. 8. sess. 24. de reform. matrim. ut scripti plenè in cap. *Perniciosam*, a. num. 18. supra de Offic. Ordinarii.

33 Quinto fori privilegio gaudent uxores Clericorum, secundum unam opinionem, quam tenet glossa. 1. in c. *hos*, 32. dist. & glossa. 1. in cap. *Clericum*, 1. 1. quest. 1. Joan. de Imol. & Gemin. in c. *una de cleric. conjug. lib. 6.* Abb. hic num. 6. vers. *Quid de uxore cleric.* Marian. Socin. in cap. *proxim.* num. 10. supra eod. Angelus in ver. *Excommunicatio* 7. §. 8. & hanc esse communem opinionem fatetur hic Alex. de Navo, num. 21. Pro qua allegatur primò textus in l. 2. c. de Episcop. & Cleric. ubi uxor, & filius clericus gaudent illius privilegio. Licet ille textus non loquatur de privilegio fori, sed immunitatis à collectis, & impositionibus laicalibus. Secundo allegantur jura, quæ dicunt uxorem sortiri forum ex persona viri, ut l. *hinc*, §. *item rescriptum*, & ibi Bart. ff. *ad municip. l. 1.* Cùm quædam puella, ff. de jurisdiction. omni. iudic. l. *Exigere*, ff. de iudic. & l. *hinc*, c. de incol. lib. 1. 0. Demum allegatur textus in l. *Virginitas*, ff. de Senator. ubi uxores cersificant radiis maritorum, & eorum dignitate, & privilegio gaudent. Et procedit hæc opinio si matrimonium fuerit contractum ante clericatum, prout loquitur textus in d. l. 2. & ibi notat glossa in ver. *Conjugia*, sive contractum fuerit post clericatum, secundum Abb. hic num. 7. vers. *Et licet loquatur*: nam conjugium non repugnat substantia Ordinis etiam sacri, sed prohibitio inducta est ex constitutione Ecclesie, ut notatur in c. *Cum olim*, infra de Cleric. conjugat. in c. *Quæ ad perpetuam*, 25. quest. 1. & per Innocent. in c. *Placet*, de convers. conjug. Non obstat quod uxor non habeat characterem Ordinis, quoniam plures alii gaudent fori privilegio, in quibus tamen character non est impressus, ut patet in Monialibus, & Conversis, c. *Monialibus*, c. *Non dubium*, & c. *Parochianos*, infra de sentent. excomm. in familia Episcopi, & consimilibus.

34 Quomobrem si Judex secularis institueret processum contra mulierem in causa fornicationis cum Clerico perpetrata individuando personam ipsius Clerici, eo ipso incidere in excommunicationem, que in Bulla Cœnæ fertur in iudices, qui se interponunt in causis criminalibus contra personas ecclesiasticas eas processando, ut dicitur in supra numer. 14.

35 Contrarium tenet Joan. Andr. in d. cap. *unic.* num. 3. de Cler. conjug. lib. 6. ubi dicit nunquam fuisse usu receptum, ut uxor clericus gaudeat privilegio Canonis, & fori: absurdum enim esset ut femina, quæ in civilibus est fori secularis, in criminalibus à seculari iudice puniri non posset. Nec obstat secundum eum quod hoc contingat in Clerico conjugato, qui in criminalibus gaudet privilegio fori, & non in civilibus, ut in d. c. *una*, quia hoc operatur character, qui personam clericum non egreditur. Idem tenet ibi Joan. de sancto Georgio, & quamvis refellat rationem Joan. Andr. dicens hoc privilegium non esse concessum characteri Ordinis Clericalis, cum & Conversi non habentes Ordinem, & Moniales eodem privilegio gaudeant, d. c. *Non dubium*, cap. *De Monialibus*, & c. *Parochianos*, de sent.

36 Secunda conclusio: Uxor clericus in minoribus Ordinibus constituitur, qui in habitu, & tonsu-

excomm. & cap. *Religioso*, in 2. respon. eod. tit. lib. 6. Verè tamen Joan. Andr. non negat quàm personæ ecclesiasticæ carentes Ordine gaudeant privilegio fori, & Canonis. Sed tamen asserit hoc privilegium in Clerico descendere à characteri clericali, cùm ei competat ratione Ordinis. Unde malè reprehenditur à Joan. de sancto Georgio, & Abbate hic num. 8. Eadem opinio nem sequitur, & verior putat Alex. de Navo hic num. 21. cum qua etiam transit Butr. num. 6. vers. *Gaudet etiam uxor clericus*; eamque servari de facto testatur Stephanus Aufr. in tract. de potest. secular. super person. eccles. in 2. reg. num. 35.

37 His in utramque partem adductis, pro solutione quaestionis videntur mihi statuendæ conclusiones infra scriptæ.

Prima conclusio est. Uxor Clerici in sacris Ordinibus constituti in omnibus sortitur forum ex persona mariti. Hanc conclusionem sequuntur omnes supra citati num. 33. & est communis opinio, ut testatur hic Alex. de Navo num. 22. Et quamvis subdat contrarium tenere Joann. Andr. & cum eo transire Anton. de Butr. tamen in hoc videtur falli; quia Butrus loco citato loquitur simpliciter de uxore Clerici, & Joann. Andr. si sedulo expendatur potius tenet uxorem Sacerdotis gaudere fori privilegio, considerat enim illud inconveniens, quod uxor Clerici, quæ in civilibus est fori secularis, in criminalibus sit fori ecclesiasticus. Quæ ratio viget tantummodo in uxore Clerici in minoribus constituti, qui cum gaudeat privilegio fori in criminalibus tantum, & non in civilibus, ut in d. cap. *una de Cler. conjug. lib. 6.* si uxor sortiretur illius forum, eodem modo gauderet in criminalibus, & non in civilibus, quod esset absurdum secundum Joann. Andr. sed hæc ratio non viget in uxore Clerici in sacris, quia is gaudet privilegio fori tam in civilibus, quam in criminalibus. Unde cessat inconveniens, quod uxor esset duplicis fori, quia erit tantum de foro Ecclesie. Potest autem hic casus dupliciter contingere. Primò scilicet in Ecclesia Orientali, quia clerici in minoribus contrahunt, & in majoribus utuntur matrimonio jam contracto, ut cap. *Cum olim de cleric. conjug.* Unde uxores Excorum gaudent privilegio fori, etiam in civilibus secundum Joann. de Imol. hic num. 3. vers. *Et per hoc videtur*, & Stephan. Aufr. in d. tract. de potest. secular. in 2. reg. num. 35. vers. *Uxores vero clericorum in sacris*. Secundò hic casus potest contingere in Ecclesia Occidentali in conjugato, qui ad sacros Ordines promovetur uxore consentiente, & continentiam vovente, juxta textum in c. *Conjugatus*, cum ibi notatis, de convers. conjugat. nam & illarum curam non est negligenda: imo clericus de fructibus beneficii sui potest uxorem alere, sicut Apostoli faciebant, ut in cap. *Omnino*, 31. dist. ubi bonus textus cum glossa. & in cap. 1. de cohabit. clericor. & mulier. secundum Abb. hic num. 9. & idem est si Marius Religionem profiteatur uxore in sæculo remanente, & castitatem promittente, c. *Cum sit*, & c. *Sanè de convers. conjug.* secundum Marian. Socin. supra in cap. *proxim.* num. 20.

39 Secunda conclusio: Uxor clericus in minoribus Ordinibus constituitur, qui in habitu, & tonsu-

fura non incedit, vel infervit Ecclesie, nec in civilibus, nec in criminalibus gaudet fori privilegio: nam cum talis Clericus hoc privilegio non gaudeat, ut in d. cap. un. jundo Decreto Concilii Tridentini cap. 6. fess. 2. longe minus gaudere debet illius uxor, quia non ex persona propria, sed ex persona mariti fortiter forum: & hoc esse indubitatum affirmat Joan. Andr. in d. cap. un. num. 3. Abb. num. 7. vers. Primo casu, & Alexand. de Nervo num. 16.

40 Tertia conclusio. Uxor Clerici in minoribus etiam deferentis habitum, & tonsuram clericalem, & infervientis Ecclesie ad preceptum d. 6. non gaudet privilegio fori in civilibus: ubi non agitur de personarum distinctione: nam cum tali privilegio non gaudeat Clericus illius maritus, ut est text in d. cap. un. & ex sententia S. Congregationis Concilii dixi in cap. Proposuit, num. 28. infra eod. consequenter nec illius uxor gaudere debet, ex Theorica Joan. Andr. de qua in precedenti conclusione.

41 Quarta conclusio. Uxor Clerici in minoribus incedentis in habitu, & tonsura clericali, & infervientis Ecclesie gaudet privilegio fori in criminalibus etiam civiliter incedentis, & hoc secundum unam opinionem, que communis est, ut patet ex dictis supra num. 33. & mihi videtur etiam de jure verior: nam & si Alex. de Nervo hic num. 18. affirmet contrarium posse defendi probabiliter, & magnum vim faciat in eo, quod privilegium fori in clerico descendat a characteris clericali, cum sit de jure Divino, cap. Si Imperator, 96. dist. qui quidem character cum inhaereat personae ipsius clerici, ad alios extendi non potest: hoc tamen parum videtur urgere, quia privilegium fori in uxore non provenit ab extensione characteris, sed ex eo, quia uxor sortitur forum mariti. Dicit enim Imperator in l. final. c. de incol. lib. 10. Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona itatumus, & dictum est supra num. 34. Quod si hoc procedat indifferenter in Uxoribus secularium virorum, longè magis obtinere debet in uxoribus Clericorum, quia majoribus privilegiis deorantur, quam uxores aiorum, ut patet in l. 1. & 2. c. de Episcop. & Cleric. & considerat Abb. hic num. 7. Neque enim ex eo, quod maritus sit clericus, uxor illius debet esse deterioris conditionis: imo melioris, ut d. l. 2. ne alioquin dignitas mariti in dedecus uxoris retorqueretur contra textum in d. l. fin. & l. Famina, ff. de Senator. Item si est ita in uxoribus militum armatae militie, ut forum viri fortian d. l. fin. c. de incol. lib. 10. cur non idem dicendum sit in uxoribus clericorum, qui sunt milites celestis militie, cap. Christianus, 11. quest. 1. cap. Nullus Episcoporum, 53. dist. & cap. Degradatus, ibi, Calesiu militie militet, de poen. lib. 6. Et huic fundamento, quod mihi videtur irrefragabile, non respondet Alex. de Nervo, & alii

42 Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona itatumus, & dictum est supra num. 34. Quod si hoc procedat indifferenter in Uxoribus secularium virorum, longè magis obtinere debet in uxoribus Clericorum, quia majoribus privilegiis deorantur, quam uxores aiorum, ut patet in l. 1. & 2. c. de Episcop. & Cleric. & considerat Abb. hic num. 7. Neque enim ex eo, quod maritus sit clericus, uxor illius debet esse deterioris conditionis: imo melioris, ut d. l. 2. ne alioquin dignitas mariti in dedecus uxoris retorqueretur contra textum in d. l. fin. & l. Famina, ff. de Senator. Item si est ita in uxoribus militum armatae militie, ut forum viri fortian d. l. fin. c. de incol. lib. 10. cur non idem dicendum sit in uxoribus clericorum, qui sunt milites celestis militie, cap. Christianus, 11. quest. 1. cap. Nullus Episcoporum, 53. dist. & cap. Degradatus, ibi, Calesiu militie militet, de poen. lib. 6. Et huic fundamento, quod mihi videtur irrefragabile, non respondet Alex. de Nervo, & alii

44 sequaces alterius opinionis. In oppositum tamen stat auctoritas Joan. Andr. & communis observantia. Sed tenendo supradictam opinionem, eam limitabis, ut procedat quando vivit Clericus conjugatus, sicut postquam obierit, ut hic per eundem Alex. de Nervo num. 21. Porro S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum noluit decidere hunc articulum,

forte quia ad interpretationem Concilii non pertinet. Nam consilia ab Episcopo Nutiano an uxor conjugati clerici gaudeat privilegio fori, prout ejus maritus: Respondit non esse Congregationis id decidere, sed quæstionem esse solvendam ex dispositione juris communis.

45 De privilegio Canonis, cum fit annexum clericali characteri, nusquam fuit usu receptum ut extendatur ad uxores, secundum Joan. Andr. in d. cap. un. num. 3. quem ibi sequuntur Geminianus, Franc. & alii communiter Cardin. in Clem. Per litteras, in 12. quest. de praben. & Alex. de Nervo hic num. 21.

46 Sexto. Rustici Ecclesie gaudet fori privilegio, secundum Hostien. in Summ. hoc rit. s. 2. vers. Ex pramisso, qui ad hoc allegat cap. Inductum, 86. dist. cap. Eccliarum servos, 12. quest. 1. l. 2. c. de Episc. Cleric. & l. Si quis, c. Vbi caus. ff. de al. Verum hoc procedit in duobus casibus, quos notat gloss. 1. in d. cap. Inductum, & Joan. Andr. hic numer. 6. in gloss. 2. Primus est cum Ecclesia ex privilegio Imperatoris habet jurisdictionem super eos, arg. cap. Si duobus, de appellat. Secundus est, quod rustici habent generale bonorum administracionem ab Ecclesia, arg. cap. Eiqut, s. Nulli quoque, 2. quest. 6. Tertium est cum addit Speculator in tit. de compet. iudic. s. 1. vers. Vigesimo septimo, & Collect. hinc num. 5. videlicet quando conveniuntur super re, quam tenent ab Ecclesia.

47 Quod locum habet etiam duo emphyeutæ laici contendant inter se de dominio utili, quod habent ab Ecclesia: nam causa agi debet coram iudice ecclesiastico, ut pluribus de eisdem Domini de Rota decis. 42. part. 6. Recentior. Sed his casibus exceptis rustici Ecclesie generaliter in foro seculari conveniunt secundum gloss. & Joan. Andr. ubi supra, & sequuntur hic Bort. num. 6. Alex. de Nervo num. 13. & Marian. Socin. in cap. prox. supra eod. in 5. declaratione, num. 8. qui prædictis addit quartum casum videlicet si extaret consuetudo ut convenirentur in foro Ecclesie. Consuetudo enim dat jurisdictionem, l. Viros, c. de divers. offic. lib. 12. c. Cum contingat, infra eod. & ibi latius Doctores.

48 Septimo gaudent privilegio fori Oblati alicujus Religionis, in quibus exemplificant hic verbum, Miores, Innoc. Joan. Andr. & alii. Sed de his dic ut scripsi latissime in cap. Ut privilegia, a. n. 1. usque in fin. infra de privileg.

49 Octavo eodem privilegio gaudent Monachi, & Conventus, ut cap. A Subdiacono, 93. dist. c. Innotuit, 1. 1. quest. 1. cap. Parochianos, & cap. Cum illo, infra de sent. excomm. & in his exponunt hanc litteram in ver. Miores, Hostien. Joan. Andr. & Butr. num. 6. & idem dicendum de monialibus, ut d. c. De monialibus, eod. tit. Et de Religiosis omnibus approbatam regulam profitentibus tradit Marian. Socin. in cap. prox. supra eod. in 7. declaratione, num. 10.

Nono, hoc privilegio gaudent Novitii, arg. cap. Religioso, s. Quamvis, de sentent. excomm. lib. 6. quamvis enim cum effectu non sint Religiosi, sunt tamen personæ ecclesiasticæ, gaudet privilegio Canonis, ut ibi dicitur, & sunt de foro Ecclesie, ut per Cardinal. in Clement. 2. num. 9. vers. Item Novitius, de praben. & scripti post Host. & alios in cap. Statutum, num. 45. infra de regular.

De-

50 Decimo. Eremitæ quoque dicuntur hoc privilegio gaudere, ut notat gloss. ult. in cap. Nulla ratione, 93. dist. c. & gloss. in cap. Qui vere, in ver. Vero, 16. quest. 1. ubi dicitur Eremitas subesse

51 Episcopo, in cujus territorio degunt. Idem voluit Innoc. in cap. Cum monasterium, num. 1. supra de elect. ubi concludit Eremitas, quamvis possint habere proprium, quia non adnunciavit tamen esse personas ecclesiasticas, & debere continentiam promittere, & servare, cap. Scripsi, s. Ecce, 27. quest. 2. & cum eorantem ibi Hostien. num. 3. & Joan. Andr. num. 12. Idem tenet Archidiacon. in d. cap. Qui vere, num. 3. l. 6. qn. 1. & in cap. 1. num. 1. in ver. Eremiticam, de excess. Pralat. lib. 6. ubi asserit Eremitas, quamvis non teneant proprias, tamen habere annexum votum continentie, gaudere privilegiis Clericorum, & subesse Episcopo, in cujus territorio consistunt: quia non debent esse acephali, d. cap. Nulla ratione, 93. dist. Licet subdat eos non esse verè Religiosos, nisi dent se alicui ex Religiosis approbatis, secundum ea, que notantur in cap. De Viduis, 27. quest. 2. sequitur Abb. in d. cap. Cum monasterium, num. 2. de elect. & Butr. hic num. 5. qui simpliciter ait tales gaudere fori privilegio: & hanc partem conatur hic tueri, & veriorrem putat Alex. de Nervo, num. 27. ubi concludit Eremitas esse personas ecclesiasticas, & gaudere fori privilegio. Moveret primò per text in cap. Item cum Joannes Baptista, 2. quest. 7. ubi sanctus Joannes Baptista dicitur vitam Eremiticam duxisse: Ergo talis non est vitalaicalis, sed ecclesiastica, ad idem, s. Ecce, 27. quest. 2. ubi sanctus Macarius, & sanctus Alexius post contracta sponsalia de præfenti elegerunt vitam Eremiticam, ut Deo servirent, & sic suas sponsas reliquerunt. Ergo sequitur secundum eum ut non sit vita secularis, sed ecclesiastica, facit d. cap. Qui vere, 16. quest. 1. ubi vita Eremitica laudatur, Deinde movetur per textum in c. Duo sunt, 12. quest. 1. ubi textus ponderat personas ecclesiasticas esse, ne dum clericos, sed etiam personas Deo devotas, que sunt dedita orationi, & contemplationi, que ab omni strepitu temporalium debent cellare. Sed Eremitæ sunt tales. Ergo sunt personæ ecclesiasticæ. Idem firmat Felin. hic num. 3. vers. Eremitæ sunt de foro Ecclesie, ubi alios adducit, & allegat textum, quem dicit esse novum, in cap. fin. s. Item vita Patrum, 1. 5. dist. ubi textus dicit: Vitam Eremitarum cum honore suscipimus, & quamvis restringatur ad vitas, quas scripsit Hieronymus, tamen ut inquit Felin. hoc verum quod ad hoc ut illi dicantur sancti: sed non restat quoniam ille text. probet vitam illorum religiosam esse. Unde ab Ecclesia invocantur Sancti Monachi & Eremitæ. Demum hanc dicit esse communem conclusionem, & sequendam favore animæ. Aretin. hic num. 9. & Boer. in tract. de stat. & vit. Eremit. num. 13. & 14.

52 Nullo ratione. 93. dist. Licet subdat eos non esse verè Religiosos, nisi dent se alicui ex Religiosis approbatis, secundum ea, que notantur in cap. De Viduis, 27. quest. 2. sequitur Abb. in d. cap. Cum monasterium, num. 2. de elect. & Butr. hic num. 5. qui simpliciter ait tales gaudere fori privilegio: & hanc partem conatur hic tueri, & veriorrem putat Alex. de Nervo, num. 27. ubi concludit Eremitas esse personas ecclesiasticas, & gaudere fori privilegio. Moveret primò per text in cap. Item cum Joannes Baptista, 2. quest. 7. ubi sanctus Joannes Baptista dicitur vitam Eremiticam duxisse: Ergo talis non est vitalaicalis, sed ecclesiastica, ad idem, s. Ecce, 27. quest. 2. ubi sanctus Macarius, & sanctus Alexius post contracta sponsalia de præfenti elegerunt vitam Eremiticam, ut Deo servirent, & sic suas sponsas reliquerunt. Ergo sequitur secundum eum ut non sit vita secularis, sed ecclesiastica, facit d. cap. Qui vere, 16. quest. 1. ubi vita Eremitica laudatur, Deinde movetur per textum in c. Duo sunt, 12. quest. 1. ubi textus ponderat personas ecclesiasticas esse, ne dum clericos, sed etiam personas Deo devotas, que sunt dedita orationi, & contemplationi, que ab omni strepitu temporalium debent cellare. Sed Eremitæ sunt tales. Ergo sunt personæ ecclesiasticæ. Idem firmat Felin. hic num. 3. vers. Eremitæ sunt de foro Ecclesie, ubi alios adducit, & allegat textum, quem dicit esse novum, in cap. fin. s. Item vita Patrum, 1. 5. dist. ubi textus dicit: Vitam Eremitarum cum honore suscipimus, & quamvis restringatur ad vitas, quas scripsit Hieronymus, tamen ut inquit Felin. hoc verum quod ad hoc ut illi dicantur sancti: sed non restat quoniam ille text. probet vitam illorum religiosam esse. Unde ab Ecclesia invocantur Sancti Monachi & Eremitæ. Demum hanc dicit esse communem conclusionem, & sequendam favore animæ. Aretin. hic num. 9. & Boer. in tract. de stat. & vit. Eremit. num. 13. & 14.

53 Contrariam opinionem amplectuntur Laud. & Joann. de Lignano in Clement. 2. de Praben. Quia tales ex utero matris exierunt laici, nec postea supervenit alicuius actus, eripiens eos à jurisdictione Imperatoris, qualis est Ordinis receptio, & conversio ad aliquam ex Religionibus approbatis, ut in cap. Si quis suscipiente, 17. qn. 4. in cap. fin. de relig. domib. & in cap. Non dubium, ff. de sentent. excomm. Idem firmat Abb. hic num. 10.

54 Quidam enim sunt Eremitæ, qui emittunt tria vota substantialia in aliqua ex religionibus approbatis, quales sunt Eremitæ Camaldulenses, Montis Coronæ, Montis Senarum, & consimiles, & hos eorumque novitios indubitatum est gaudere non tantum privilegio fori ecclesiastici, id est exemptionis à seculari potestate, cum sint verè, & propriè Religiosi, ut cap. 1. in fin. de excess. Pralat. lib. 6. secundum unum intellectum, & cap. Privilegium, ibi, In aliis ad monasterium spectantibus, de ver. signific. eodem lib. & hic notat Felin. num. 6. vers. Et adverte: Et de religiosis omnibus, & novitiis dictum est supra num. 49. Sed etiam privilegio exemptionis à jurisdictione Episcopi, etiam ratione delicti perpetrati, contractus iniiti, vel rei sitæ extra locum exemptionis, ut scripsi latissime in cap. Turarum, infra de privileg. & hoc planum.

55 Quidam sunt Eremitæ viventes in Congregatione, & habentes modum vivendi ab Episcopo approbatum: & tales licet non sint verè, & propriè Religiosi, quia non profitentur aliquam ex religionibus approbatis, ideoque nec testari prohibentur secundum Archid. in cap. num. 1. in ver. Eremiticam, de excess. Pralat. lib. 6. Abb. in Rubric. de restam. num. 6. Prapost. in c. Nulli dubium, num. 2. c. 1. 12. quest. 1. Alber. in Auth. Gregis, num. 32. c. de Sacrosanct. Eccles. Navarr. comment. 2. num. 45. de regular. Existimo tamen esse

ubi ait primam opinionem æquiores esse: sed hanc posteriorem esse veriorrem de jure: & quia Eremitæ non habent certam regulam, sed vivunt sola voluntate, & sicut locuti sine reg. secundum Guiliel. Nufonem, & notat gloss. in d. cap. Qui vere, in ver. Vero, 16. quest. 1. Et dictum Innocentii quod teneant continentiam promittere, non probatur jure, ut idem Abb. affirmat in d. cap. Cum monasterium, num. 2. & sequitur Marian. Socin. in cap. proximo, num. 11. supra eod. ubi dicit hanc opinionem sibi magis placere, eamque tenere Guil. de Monte Lauduno in d. Clem. 2. & in Clem. Cum ex eo, de sentent. excomm. quia propriè loquendo isti non sunt personæ ecclesiasticæ: non enim sunt clerici, & hoc clarum, nec sunt religiosi alicujus religionis approbatæ, nec Conventus, nec Oblati. Facit cap. Duo sunt, 12. quest. 2. sed sunt meri laici, & recedunt ad libitum, nec deputati reperitur ad aliquem ecclesiasticum pium usum autoritate Ecclesie, vel alicujus Prælati, & allegat Petr. de Anchar. idem tenentem in d. Clem. 2. de praben. & in repet. cap. Ea qua qn. 7. de reg. jur. lib. 6. qui utrobique refert ita consultasse Joann. de Calder. habetur ejus consil. in tit. de iudic. consil. 70. quod incipit, An fratres de Pomerentia. Et hanc opinionem dicit esse de jure veriorrem, quæ etiam servaretur in practica, Stephanus Aufier. in tract. de potest. secular. super person. ecclesiast. in 2. reg. num. 37. ubi etiam refert ita judicatum fuisse in Curia Parlamenti in quodam Eremita, qui propter egregia furta, & rapinas, ultimo fuit affectus supplicio: licet ipse quæque subdat primam opinionem esse æquiores favore Religionis, pro qua in dubio est judicandum, l. Sum persona, ff. de Religios. & sumptib. funer.

Ego verò in hoc articulo conciliando opinionem existimo distinguendas esse quatuor species Eremitarum.

54 Quidam enim sunt Eremitæ, qui emittunt tria vota substantialia in aliqua ex religionibus approbatis, quales sunt Eremitæ Camaldulenses, Montis Coronæ, Montis Senarum, & consimiles, & hos eorumque novitios indubitatum est gaudere non tantum privilegio fori ecclesiastici, id est exemptionis à seculari potestate, cum sint verè, & propriè Religiosi, ut cap. 1. in fin. de excess. Pralat. lib. 6. secundum unum intellectum, & cap. Privilegium, ibi, In aliis ad monasterium spectantibus, de ver. signific. eodem lib. & hic notat Felin. num. 6. vers. Et adverte: Et de religiosis omnibus, & novitiis dictum est supra num. 49. Sed etiam privilegio exemptionis à jurisdictione Episcopi, etiam ratione delicti perpetrati, contractus iniiti, vel rei sitæ extra locum exemptionis, ut scripsi latissime in cap. Turarum, infra de privileg. & hoc planum.

55 Quidam sunt Eremitæ viventes in Congregatione, & habentes modum vivendi ab Episcopo approbatum: & tales licet non sint verè, & propriè Religiosi, quia non profitentur aliquam ex religionibus approbatis, ideoque nec testari prohibentur secundum Archid. in cap. num. 1. in ver. Eremiticam, de excess. Pralat. lib. 6. Abb. in Rubric. de restam. num. 6. Prapost. in c. Nulli dubium, num. 2. c. 1. 12. quest. 1. Alber. in Auth. Gregis, num. 32. c. de Sacrosanct. Eccles. Navarr. comment. 2. num. 45. de regular. Existimo tamen esse

esse personas ecclesiasticas, & subesse jurisdictioni Episcopi diocesani. Moveor primò per text. in cap. *in demittaribus*, §. *penult. de elect. lib. 6.* ubi patet mulieres viventes in Congregatione licet non renuncient propriis, nec professionem faciant; nihilominus instat Monialium esse sub jurisdictione Ecclesie; & tamen illarum status, seu regula non approbatur, ut ibi dicitur. Idemque patet de Beguinis in Extravag. Ratio, Joan. XXI. *de religio. domib.* Et in mulieribus, quæ vulgò dicuntur Canonice seculares, ut est text. in Clem. 2. §. *Illæ quoque mulieres, de stat. Monachor.* unde illas esse conveniendas coram iudice ecclesiastico tenent Domini de Rota decis. 8. *de iurepatr. in antiq.* quam sequitur Felia in cap. *Dilecta*, num. 2. *de major. & obed.* Idem Burr. hic num. 6. Ergo idem dicendum de Eremitis collegaliter viventibus. Moveor secundò per text. in d. cap. 1. *de excess. Prælator. lib. 6.* ubi à prohibitione Mendicantibus facta de novis domibus non recipiendis excipiuntur ducentes vitam Eremiticam in cellis, seu habitaculis Eremitarum licentia. Quæ exceptio esset inepta, nisi Eremitæ saltem largè essent Religiosi, leg. *Nam quod liquet, §. penult. ff. de pen. legat.* Moveor tertio exemplo virorum Tertiariorum, qui si collegialiter vivant, gaudent privilegio exemptionis, ut dicam infra num. 6. Moveor quartò, quia in his Eremitis viventibus in communi auctoritate Prælati non militant rationes, & inconvenientiæ, quæ considerantur ab auctoribus contrariæ sententiæ, & de his intelligo gloff. in l. 2. *in ver. Non possunt, ff. de in jus vocan.* quæ exemplificat illum textum in Monachis, & Eremitis, id est, collegaliter viventibus. Et de his etiam videtur intelligenda auctoritas Innocentii in d. cap. *Cum Monasterium nunt. i. de elect.* dum dicit hos teneri continentiam servare, & promittere, & subesse Episcopo diocesano per §. *Ecce, 27. quest. 2.* Denum hoc videtur ex mente D. Thomæ in 4. *sent. dist. 27. in expositione litteræ*, ubi sic ait: (Eremitæ etiam quamvis obedientiam non promittant, tamen votum continentie habent annexum, & ex mora secundum determinatum tempus eorum votum solemnizatur.) & in 2. *quest. 186. art. 5. ad 3.* docet eos non excusari ab obedientia Episcopi. Et expressè hoc tenet Sylvest. in ver. *Eremita, quest. 1. num. 2. & in ver. Ecclesia, i. dicto 6. num. 6.* ubi concludit hos Eremitas gaudere privilegio non solum fori, sed etiam Canonis; & contra ratio dicit procedere in vagis, & profugis, nulli Superiori, vel regulæ adstrictis: nam, ut ipse ait, si laicum viventem in turba prædicta districtio facit gaudere hoc privilegio, cur non Eremitas vacantes Deo penitus in solitudine? & eum refert, & sequitur Navar. in *manual. cap. 27. num. 79.* & alii recentiores. Facit quod dicunt Domini de Rota decis. 1. *de regul. in antiq.* Ubi contra opinionem Joan. Andr. in cap. *Dilecta, de major. & obed.* tenet mulieres aliàs canonicè intrantes Monasteria, in quibus Religio non est approbata, quando sunt in Ecclesia, vel Divino servitio, vel habent habitum religiosum, potiri debere privilegio immunitatis, ut illas percutionis ligetur sententia Canonis; quia cum de presentibus religiose vivant, censentur per sonæ ecclesiasticæ, & gaudere debent hoc privilegio si-

60

57

58

59

cut clerici simplices aliquo voto non ligari, & hoc tenet Rota, de quo tamen vide, quæ dicta sunt supra num. 19. & num. 45. & quod dicam infra num. 61. & de talibus Eremitis intelligo auctoritatem sextæ Synodi Constantinopolitaneæ can. 42. *Concil. tom. 3. pag. 242.* cuius DD. nostris mentionem non faciunt: ibi enim sic legitur: (Eos, qui dicuntur Eremitæ, qui quidem nigris vestibus induti, & capite comati urbes obeant, & cum viris secularibus, ac mulieribus versantur, & propriæ professioni faciunt injuriam; Statuimus si elegerint quidem tonis comis reliquorum Monachorum amictum suscipere, eos in monasterio constitui, & inter fratres referri. Quod si hoc non elegerint, ex urbibus expelli, & solitudines habitare, ex quibus ibi etiam denominationes confluxerunt.) Hæc ibi. Quæ verba non obscure insinuant hos Eremitas, quamvis non sint propriè Religiosi, tamen profecti aliquid vivendi modum ab Ecclesia permissum, & esse personas ecclesiasticas: alias enim non essent professionis merita laicali, Concilium non improbare, ut verè sententur cum viris secularibus in injuriam professionis, arg. c. *In nona, 16. quest. 7.* & c. *Clm. casum, de elect. cum similibus, que in eos statueret nisi essent de foro Ecclesie, quia forum fortiri, & status ligari patri procedunt, cap. 2. de constit. lib. 6. Burr. in rubr. de consuet. num. 7. nec merè laicos distinguit Concilium citra materiam peccati, ut notat Innoc. in cap. *Correctam, num. 3. vers. Nec sunt iste persona de foro Ecclesie, de regul. & DD. in cap. *Novit, de iudic.***

61 Quidam verò sunt Eremitæ, qui quamvis nec sint professi alicujus Religionis, nec vivunt in communi, tamen sunt auctoritate Episcopi deputati servitio alicujus Ecclesie, vel Oratorii, & de Episcopi manibus suscipiunt habitum Eremiticum, & sub illius obedientia vivunt, pro ut multos vidi in statu ecclesiastico & alibi. & in his sequor opinionem Cardinalis in Clem. *Per litteras, num. 9. vers. Verus tamen dicit, de prob. ubi dicit Eremitas dummodo auctoritate Prælati habentis potestatem, ut Episcopi, sint deputati ad aliquem usum perpetuum ecclesiasticum, vel pium, censori personas ecclesiasticas, & privilegio ecclesiastico gaudere: allegat Clem. 1. de decim. & cap. *Per exemptionem, de privileg. lib. 6.* Et ita ex facto consuluit Anton. de Burr. *conf. 19. num. 19. vers. Unde ex hoc factu.* Ubi concludit Eremitas, & alios existentes in statu penitentium, & habitantes in Oratoriis etiam privatis, esse suppositos Episcopo, & haberi pro ecclesiasticis personis, & gaudere privilegio fori ecclesiastici, quia eorum caput est Christus; & vident superiores non habent nisi Papam, Episcopum, & Parochum; & est ex mente Abbatis Mar. Socin. & aliorum, quos citavi supra num. 53. Subdit tamen Cardinalis loco proxime citato, tales non gaudere privilegio, cap. *Si quis fuerit, de iur. iur. in unum, ubi dicitur ita consuevit, quia locum habet in percutiente clericum vel Monachum, ut ibi dicitur, & sic non in aliis, nisi quatenus invenimus iure expressum, sicut exprimitur de Conversis in cap. *Non dubium, & cap. *Parochianos, de sentent. excomm. quia & ipsi sunt Religiosi, & de Novitiis in religione, qui interim Religiosi censentur, ut cap. *Religiosi, §. Quamvis, eod. tit. libro 6.* sed extra casus ex-****

60

61

62

pressos in iure non est locus dicit: cap. *Si quis fuerit, secundum eum, quod etiam tenent Joan. Andr. Alex. de Navo, & alij supradicti num. 45. & Marian. Socin. in c. prox. num. 12. vers. Et hoc casus, supra eod.* De hoc tamen privilegio Canonis vide quod dixi supra proxime in Eremitis viventibus in communi num. 59. & de Diaconis Selvaticis num. 19. & de uxoribus Clericorum, num. 45.

63 Quidam denique sunt Eremitæ, qui non sunt deputati Ecclesie servitio auctoritate alicujus Prælati ecclesiastici, sed voluntariè suscipiunt, & ad sui libitum deserunt habitum Eremiticum: & in his Doctores videntur convenire ut non sint personæ ecclesiasticæ, nec ullo modo gaudent privilegio Clericali: ita Cardinal. in dict. Clem. *Per litteras, num. 9. in fin. vers. Si verò anemine esset ad casu disputatio: nam, ut ipse ait: absonum foret ut conferentur ecclesiasticæ personæ, cum sint meritali, & recedant ad sui libitum, & ad nullum usum ecclesiasticum, vel pium auctoritate Ecclesie, id est, Prælati auctoritatem habentis, sint deputati: & dicit in hoc ultimo casu procedere opinionem Laudani: & in his verificatur illius dictum, quod sint sicut locustæ sine Rege. Præterea absurdum esset ut tales pro sola voluntate possent se eximere à jurisdictione Imperatoris, ut considerat Abb. hic num. 10. & Marian. Socin. in c. prox. num. 11. supra eodem, & Stephan. Aufer. in dict. tract. de potest. secular. & c. in 2. reg. n. 37. Facit optimò secundum eos, cap. *Duo sunt, gen. 12. qu. 1. Verum tamen invigere consuetudo, ut Eremitæ hujusmodi potirentur privilegio fori, talis consuetudo esset utique observanda secundum Marian. Socin. d. nu. 11. in fin. vers. Sed retenta, confertur quæ dixi supra nu. 47. & quæ dicam infra nu. 70.**

64 Undecimò, sunt personæ ecclesiasticæ, & gaudent privilegio fori Fratres, & Sorores de Penitentia, seu Tertij Ordinis, & Milites S. Mariæ, qui dicuntur Fratres Gaudentes, secundum Bart. in l. 1. in fin. ff. de pen. & S. Julius in l. Semper, §. fin. num. 1. ff. de iur. iur. immunit. ubi dicit ita consuevit multos Advocatos de Curia, & in specie Guidon. Archid. Bononiensem, & Dynum, quorum tamen consilia solum loquebantur in Fratibus Gaudentibus; sed idem dicendum esse in Fratibus de Penitentia, seu Tertij Ordinis: & consentiunt hic Burr. num. 6. & Alax. de Navo num. 31. Paulus in Clem. *Cum eo, de sentent. excommunicat.* dicens ita consuluisse Joann. de Lignano. Idem firmant Burr. in cap. *ante, num. 13. vers. Hoc putat Bartholus, de obligat. ad ratior.* Marian. Socin. in c. prox. num. 12. vers. *Ego verò pro concordia, supra eod.* dummodo habitum, & modum vident sine fraude aliumant, & auctoritate Superioris, & Angel. in ver. *Excommunicat. §. 2.* Et hanc opinionem dicunt esse tutiorem, & quietem, & favorabiliorem Marin. Socin. in d. c. prox. num. 12. vers. *Et hanc opinionem.* Alex. de Navo, hic num. 31. in fin. & Stephanus Aufer. in dict. tract. de potest. secular. in 2. reg. num. 39. Pro qua facit gloff. 3. in d. Clem. *Cum eo*, ubi refert ejusmodi Ordinem fuisse approbatum per Nicolaum Papam. Quod patet ex Constitutione Nicolai IV. quæ incipit, *supra munitem*: & habetur in Bullar. tom. 1. pag. 126. & per illam

63

64

65

66

67

glossam dicit se ita pronuntiâsse. Cardinalis in cap. *Si diligenti, infra eodem.* refert etiam Aufrelius loco citato, hodie hoc esse desertum in Extravag. Sixti IV. quæ incipit, *Sancta Romana*, ubi recitatur, multos solemnissimos Doctores: na consuluisset. Item testatur observari in Civitate Tholosana.

Contrarium id est, Fratres Tertij Ordinis non esse de foro Ecclesie pluribus consuluit Joann. Calderinus *conf. 7. de foro compet.* quod incipit: *Quæritur est à me an Fratres de Penitentia, Federic. de Sen. conf. 150. incipien. Cum aliqui boni viri, in princip.* Cardin. *conf. 13. In Civitate, in fin.* Abb. *conf. 31. Ad clarand. c. sponem, per totum. lib. 1. & idem Abb. hic num. 11. vers. Item præstis Fratibus*: quia tales licet habeant modum vivendi à Sede Apostolica approbatum; non tamen sunt verè Religiosi, cum non profiteantur tria substantialia Regulæ, nec sint Clerici, nec uxores dimittunt. Idem tenent Guil. de Monte Laud. & Petrus de Anchar. in dict. Clem. *Cum eo, num. 6. de sentent. excommunicat.* & ibi etiam Cardin. & plenius in Clem. *Per litteras, in 12. quest. de præben.* Bald. in l. *Placet, num. 13. C. de Sacros. Eccles.* Et hanc partem profitentur esse veriores Abbas, Marian. Socin. Alex. de Navo, & Aufrelius loco citatis, quia si rectè consideretur illorum status, magis ad laicalem, quam ecclesiasticam vitam accedunt; nam cum tria sint cupilibet approbate Religionis substantialia, videlicet castitas, paupertas, & obedientia, cap. *Cum ad monasterium, infra de statu Monachorum*, ipsi nec continentiam servant, cum uxores habeant; nec paupertatem, cum proprium possideant; nec etiam possunt omnimodam servare obedientiam, quia cum sint conjugati, non habent integritatem sui corporis potestatem; ut in cap. *Non debet, infra de conjugat. & affirm.* & ibi eis obijciunt: Quod non bene concordat cithara cum psalterio, hoc est, vita activa male concordat cum contemplativa, ut dicit textus in cap. *Diversis, de Cleric. conjugat.* Quare cum ipsi magis accedant ad statum laicalem; quam ad ecclesiasticum, debent censeri laici; quia mixtum debet judicari secundum illud simplex, in quo magis incalescit, ut leg. *Quartus, ff. de stat. homin.* & cap. *Sic restes, §. Hermaphroditus, 4. quest. 3.* Bene facit textus in cap. *Duo sunt, 12. quest. 1.* & ita servatur Perusij, ubi Fratres Tertij Ordinis solvunt collectas, & conveniunt coram iudice seculari, ut de suo temporè testatur Bart. in dict. leg. *Semper, ff. de iur. iur. immunit.*

66 Hodie tam ingens controversia inter Primarios utriusque juris Interpretes sopita est ex Concilio Lateranensi Novissimo sess. 11. in fin. *Concilior. tom. 4. part. 2. pag. 123. & Constitutione Leonis X.* ut in decreto 3. Congregationis Concilij tenoris infrascripti, videlicet (Sacra Congregatio censuit Tertiariorum, Mantellatos, Corrigatos, alioque similes ita demum Ordinis, cuius tertie regulæ habitum assumpserunt, privilegij potiri, & ab Ordinaris jurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter vivant, seu cum claustralibus habitent: & mulieres virginalem, seu celibem, aut castam vidualem exempto voto, & sub dicto habitu vitam traxerint) quemadmodum cavetur Constitutione

60

57

58

59

60

- Concilij Lateranensis sub Leone X. quæ habetur *sess. 11. in fin.* Hoc autem voto Mulierum alia duo, scilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi: Quinimo hujusmodi mulieres, si vitam virginalem aut cœlibem simpliciter, expressèque voverint, etiam in sanguineorum & aliorum suorum, aut proprijs domibus, vel foris habitantes supradictis privilegijs Ordinibus, cujus regulæ habitum deserunt; exemptionque ab Ordinarij jurisdictione frui debere, quemadmodum idem Leo postea declaravit *die primæ Martij 1518.* Constitutionem autem san. mem. Pij V. qua Sorores Tertij Ordinis ad perpetuam clausuram obstringuntur, utpote loquentem de his, quæ in communi, & in Congregatione vivunt, ad supradictas Sorores in sanguineorum, vel proprijs domibus habitantes, votumque unicuique expressum virginale, aut cœlibis, vel castæ vidualis vitæ emittentes, de quibus cavetur in dicto Concilio Lateranensi, nihil pertinere; & propterea quoad illas dictam Constitutionem, nec Concilium Lateranense correxille, aut immutasse, nec quicquam novi juris induxisse, Et alias censuit Tertiarias domi suæ, vel in eorum sanguineorum habitantes, & habitum Religionis gèstantes nullâ exemptione potiri, nisi e miserint expressum votum castitatis, vel cœlibitatis juxta Decretum Concilij Lateranensis sub Leone X. *sess. 11.* Ceterum etiam si id votum emiserint, si tamen Ordinarij, vel Parochi illi ad administrandæ Sacramenta etiam te nupore Paschatis, vel alias in eis jurisdictionem acquisierint; non posse ipsas de cetero adversus Ordinarios, vel Parochos exemptione uti, sed observandam esse consuetudinem. Circa hoc vidè quod scripsi in cap. *Omnia utriusque*, num. 64. *infra de poenit. & remiss.*
- Amplius cum nobilitas fuisset S. Congregationis supplex libellus sequentis tenoris, videlicet (Baro Ferræ Apocinæ Lecorinæ Diocesis habet nonnullos vasallos Tertiarios nuncupatos Religionis Sancti Francisci: uxoratos tamen, & extra claustra utriusque seculares in proprijs ædibus, & de suis artificijs viventes, qui à jurisdictione Oratoris se fore exemptos, nec ad servitiâ Baronalia, & ad onera universitatis sustinenda compelli posse pretendunt; supplicat igitur Baro præfatus S. Congregationi, ut digne de declarare & rescribere loci Ordinario prædictas Tertiarios laicos taliter viventes non debere gaudere privilegio fori ecclesiastici, sed illos posse peti Oratorem, ejusque Officialis ad servitiâ prædicta, & universitatis onera sustinenda compelli, S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum respondit, hujusmodi viros Tertiarios in Congregatione non viventes privilegijs Ordinibus, cujus habitum gèstant, non potiri, quemadmodum diserte cavetur decreto Generalis Concilij Lateranensis. Sed si ex consuetudine aliquid juris in hoc acquisierint, consuetudinem esse servandam.
- 71 Duodecimo, gaudet privilegio fori ecclesiastici servientes, seu quocunque alio titulo addidit Militijs, seu Monasterijs, Hospitalibus, vel Collegijs ecclesiasticis, dummodo tamen tria copulative concurrant. Primum est, ut supradictis locis, aut militijs actu serviant. Secundum, ut intra eorum septa, ac domos resideant: Ter-

tium ut sub eorum obedientia vivant, ut expressè statuitur Decreto Concilij Tridentini, *cap. 11. vers. Exceptis, sess. 24.* & in specie de servientibus Militiæ S. Joann. Hierosolymitani cautum est Constitutione Gregorij XII. quæ incipit *Circumspella*, in Bullar. tom. 2. pag. 448. Facit *cap. 11. sess. 25. de regular. ibi*, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia personæ.

- 72 Decimotertio, olim controvertebatur an essent de foro Ecclesiæ Rectores piorum locorum, videlicet Hospitalarij, Leprosarij, & hujusmodi. Et quidem de Templarijs nullum dubium, quia profitebantur regulam S. Augustini, ut notat Petr. de Anchar. in Clem. *Cum ex eo, m. 6. vers. Non obstat, de sent. excomm.* Sed hic Ordo fuit extinctus à Clemente V. in Concilio Viennensi, ut patet *to. 3. Conclior. par. 2. pag. 776.* & idem dicendum de Hospitalarijs S. Joann. Hierosolymitani, ut notat *glos. in cap. Miter, 25. dist. & Felin. hic nu. 8.* De Hospitalarijs S. Spiritus in Saxia, B. Joannis de Deo. & consimilibus tria vota substantialia emittentibus. Sed de alijs Hospitalarijs, qui utuntur conjugio, nec renunciant proprio, & aliquid signum deserunt in veste, puta Crucem, vel quid simile, olim non levis erat controversia: nam Joan. de Lignano. & Guiliel. de Monte Laud. in Clem. *Per litteras, de præbendis*, tenuerunt tales non gaudere privilegio fori ecclesiastici, neque in persona, neque in bonis, nisi pro bonis, quæ Hospitali obtulissent, quia tales non sunt Clerici, nec Conversi alicujus approbatæ Religionis, de quibus in cap. *Duo sunt genera, 12. quest. 1.* sequitur simpliciter Petr. de Anchar. in *repet. cap. Ea qua, 14. quest. de reg. jur. lib. 6.* & in d. Clem. *Cum ex eo, num. 6.* & ita observari de consuetudine restatur Stephan. Auf. in *tractat. de potest. secular. super person. Eccles. in 2. reg. nu. 38.* Verum Hostiens. in *summa de regul. 5. 1. vers. Quid de rubricis* videtur distinguere, an ædificaverint Hospitali propria auctoritate, & non gaudeant aliquo privilegio; an verò auctoritate Episcopi, & tunc gaudeant, quia videntur Religiose personæ. Similem distinctionem facit Cardinalis in d. Clem. *Per litteras, in 12. quest. nu. 9. de præben.* videlicet, aut Hospitalarij sunt perpetuò deputati ad aliquem Ecclesiasticum, vel pium usum auctoritate Episcopi; & tunc gaudeant fori privilegio; alius fecus: Hostiens. tamen videtur postea limitare, & restringere suam conclusionem; dummodo in manibus Episcopi promiserint castè vivere, & uxore mortuâ aliam non ducere: & hæc opinio placet Abbati *hic num. 11.* & Marian. Socin. in *cap. prox. num. 19. supra eod. quali* tunc videantur Conversi; sed ista non concurrentibus sequuntur primam opinionem Joan. de Lignano, & Laudini. Hoc e. i. Rectores Hospitalium resideant intra illorum domos, hæc qualitas parum videtur habere difficultatis propter Decretum Concilij Tridentini *6. 11. sess. 24.* nam si actu intervenies Hospitalibus, qui intra illorum septa, & sub eorum obedientia vivunt, privilegio exemptionis potiuntur, ut ibi cavetur, & fuit dictum est *suprà num. 72.* Fortius potiri debent eorumdem Hospitalium Rectores. Si vero degant extra septa, tunc teneri potest distinctio Cardinalis, nisi Consuetudo sit in contrarium.

Pra-

- 47 Præter supra scriptos sunt alij, de quibus controvertitur, an ut de foro Ecclesiæ, & exempti à jurisdictione Judicis secularis, & in specie ambigunt de Penitentibus, qui scilicet ob aliquod crimen à judice Ecclesiastico damnati sunt ad agendam solemnem, vel publicam penitentiam, per text. in cap. *Aliud, 11. quest. 1.* qui duplicatur in cap. *Aliud de penitent. dist. 1.* & de his consule Marian. Socin. in *cap. proximo supra eodem in 10. declaratione, num. 13.* & Covarr. latè de hoc articulo differenter *Pract. quasi cap. 34. à num. 3.* Communis opinio videtur esse, ut tales sint sub protectione Ecclesiæ tanquam miserabiles personæ, sed non sint exempti à seculari potestate. Similiter dubitari solet de Dilciplinatis, seu societatis disciplinatorum. Et de his vide eundem Marianum Socin. *loc. cit. in 12. declaratione, num. 15.* & Alex. de Nævo *hic num. 36. post Bart. in l. Sub prætextu, C. de Sacrosanct. Eccles.*
- 48 An nonnullis idem controvertitur de Jesuitis, an scilicet sint personæ Ecclesiasticæ, & de foro Ecclesiæ, ut per Abbat. *num. 11. vers. Et ex his concludo.* Alex. de Nævo, *num. 33.* & alios hic, & Marian. Socin. *ubi supra in 11. declaratione, num. 14.* Sed malè, quia illorum status fuit approbatus à Martino V. & tunc conveniri non poterant nisi coram Papa, vel ejus Delegatis, aut Ordinarijs locorum, ut in ejus Constitutione, quæ incipit, *Pia postulatio voluntatis*, in Bullar. *to. 1. pag. 262.* Sed postea obtinuerunt à Julio II. facultatem emittendi tria vota substantialia, & solemniter profecti regulam S. Augustini. Unde hodie sunt verè & propriè Religiosi, & gaudent privilegijs Ordinis Mendicantium, ut patet in Bulla Clementis VII. incipien. *Sacra, eod. tom. 1. pag. 604.* & in alia Pij V. *Romanus Confess.* *tom. 2. pag. 245.*

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Si Clericus.

S V M M A R I V M.

- 1 L aicus an & quando pro rebus Ecclesiæ, vel Clerici conveniri possit coram Iudice Ecclesiastico.
- 2 Litu contestatio an, & quando inducatur per negationem rei conventi.
- 3 Negatio facit rem dubiam.
- 4 Si sit verisimilis, aliis fecus.
- 5 Notorium non inficitur ex sola negatione, & nu. seq.
- 6 Clericus pro possessione Præbende potest Laicum convenire coram Iudice Ecclesiastico.
- 7 Qualitatem non sufficit in libello allegare ad fundandam Iudicij jurisdictionem, si probabiliter negetur, & num. seqq.
- 8 Declaratur, num. 10. & 15.
- 9 Iudex, ubi negatur qualitas jurisdictionem tribuens, potest de qualitate illa Summarie cognoscere, ut videtur an sua sit jurisdictione, & nu. 10. Declaratur, num. 15.
- 10 Opinio Bartoli, & Jacobi de Arena, quod sufficiat Prosp. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3.
- sola allegatio qualitatis tribuentis jurisdictionem etiam negatur ab adversario, & soluitur.
- 10 Negatio qualitatis, in qua jurisdictione fundatur, non excludit fundatum jurisdictionem, sed tamen impedit processum super principali, donec Iudex de qualitate illa Summarie cognoverit. Declaratur, num. 15.
- 11 Iudex, cujus jurisdictione negatur, cognoscere potest an sua sit jurisdictione.
- 12 Res si negetur feudalis, de hoc ante omnia cognosci debet.
- 13 Iudex debet prius cognoscere, an quis contraxerit, vel deliquerit in suo territorio, si hoc negetur ad ejus jurisdictionem declinandam.
- 14 Conservator, si essentia negetur notoria, debet super hoc prius probationes recipere ad suam jurisdictionem fundandam.
- 15 Negatio qualitatis jurisdictionem tribuentis quid operetur.
- 16 Jurisdictio si fundatur super sola dubitate qualitatis jurisdictionem tribuentis, negatio qualitatis nihil operatur, sed facta est illa in libello allegare.
- 17 Ut si negetur Clericus, vel contractus usurarius, aut matrimonialis.
- 18 Iudex Ecclesiasticus cognoscit, si Laicus neget ratum, vel invasum in bonis Ecclesiæ.
- 19 Clericus si alleget oppressionem, vel fraudem, aut contractum minus legitimum, vel positum, & Laicus neget, procedit Iudex Ecclesiasticus.
- 20 Actor sequitur forum rei.
- 21 Clericus agens contra Laicum potest, & debet litigare coram Iudice seculari, & potest ab eo condemnari in expensis.
- 22 Regulares conveniri debent Laicum coram Iudice seculari, non autem coram suis Conservatoribus, nisi hoc habeant ex indulto Sedis Apostolicæ.
- 23 Accusator in criminalibus forum Rei sequi debet.
- 24 Rem, si vigore sua exceptionis agat preveniendo actorem, vel imploret officium Iudicis, sequi debet forum actoris.
- 25 Laicus pro rebus Clerici, vel Ecclesiæ, si id non neget, conveniri potest coram Iudice Ecclesiastico.
- 26 Laici detinentes res Ecclesiæ, vel Clerici, dicuntur quasi sacrilegi, & malefactores Ecclesiarum.
- 27 Clericus agens rei vendicatione pro rebus suis, vel Ecclesiæ, potest convenire laicum in foro Ecclesiastico, etiam cessante allegatione sacrilegij.
- 28 Et quid si agatur actione personalis, ut ex legato, vel locato.
- 29 Actio ex locato, quamvis non sit in rem scripta, tamen propter concursum realis trahitur ad ejus naturam.
- 30 Clericus in causa mere civili potest convenire laicum coram Iudice Ecclesiastico, si tamen se habeat consuetudo.
- 31 Consuetudo in ordine iudiciorum potest disponere contra ius commune.
- 32 Consuetudo trahit Laicos ad forum Ecclesiasticum ex qua causa fuerit introducitur.
- 33 Clerico ex stylo Curie indistinctè dantur litteræ contra laicum super quacunque questione, sive Iudices seculares sint negligentes, sive non.
- 34 Et Laico opponenti declinatoriam fori, & appellanti non dantur litteræ in causa appellationis.
- 35 Nec Iudex secularis potest inhibere laico, ne respondeat coram Ecclesiastico.
- 36 Religiosi Societatis lesæ, & eorum familiares Clerici obtinentur litteræ Conservatoriis in omnibus

F 2

nibu